Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In vigilia unius confessoris

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

super lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue
bone & fidelis. quia super pauca fuisti fidelis sup mul
ta te constituam. intra in gaudium dn̄i tui. Accessit
autem & qui duo talenta acceperat. & ait. Dn̄e. duo
talenta tradidisti mihi. ecce alia duo lucratus sum.
Ait illi dn̄s eius. Euge bone serue & fidelis. quia sup pauca
fuisti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudi
um dn̄i tui. SECUNDŪ LUCAM.
In illo tempr̄. Dixit ih̄c discipulis suis. Nemo accendit lu
cernam & in abscondito ponit. neque sub modio. sed supra
candelabrum. ut qui ingrediuntur lumen uideant.
Lucerna corporis tui. est oculus tuus. Si oculus tuus fue
rit simplex. totum corpus tuum lucidum erit. Si autem
nequam fuerit. & iam corpus tuum tenebrosum erit.
Uide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo
corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum. erit lucidum totum. Et sicut lucer
na fulgoris. inluminabit te. IN UIGĪ UNIUS
CŌFESS. SIUE MAR. LEC. LIB. SAPIENT.
Iustus cor suum tradidit ad uigilandum diluculo. ad
dnm̄ qui fecit illum. & in conspectu altissimi deprecabitur.
Aperiet os suum in oratione. & pro delictis suis deprecabitur.
Si enim dn̄s magnus uoluerit. spiritu intellegentiae replebit
illum. Et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae
suae. In oratione confitebitur dn̄o. & ipse diriget & consi

lium eius & disciplinam · & in absconditis suis consiliabitur ·
Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae · & in lege testa
menti domini gloriabitur · Conlaudabunt multi sapi
entiam eius & usque in saeculum non delebitur · Non recedet
memoria eius · & nomen eius requiretur a genera
tione in generationem · SEC MATHEU ·
In illo tempore · Dixit ihs discipulis suis · Nolite arbi
trari quia venerim mittere pacem in terram · Non
veni pacem mittere · sed gladium · Veni enim sepa
rare hominem adversus patrem suum · & filiam adver
sus matrem suam · & nurum adversus socrum suam · & inimici
hominis domestici eius · Qui amat patrem aut matrem
plus quam me · non est me dignus · Et qui amat filium
super me · non est me dignus · Et qui non accipit crucem
suam & sequitur me · non est me dignus · Qui invenit
animam suam · perdet illam · Et qui perdiderit animam
suam propter me · inveniet eam · Qui recipit vos me recipit ·
Et qui me recipit · recipit eum qui me misit · Qui reci
pit prophetam in nomine prophetae · mercedem pro
phetae accipiet · Et qui recipit iustum in nomine iusti
mercedem iusti accipiet · Et quicumque potum dederit uni
ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in no
mine discipuli · amen dico vobis · non perdet mercedem suam ·
IN NAT UNDE SUP · Lec lib sapientiae
Beatus vir qui in sapientia morabitur & qui in

iustitia meditabit᷑. & in sensu cogitauit circũspectione
di. Cybauit illũ pane uitę & intellectus. & aqua sa
pientiae salutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo
& non flectetur. & continebit illũ & non confundetur. &
exaltabit illũ apud proximos suos. In nomine aeterno
hereditabit illũ dñs dš nr̄. SEC̄ MATTH.
IN ILLO TEMPR̄. Dixit ihc̄ discipulis suis. Nihil
opertũ quod non reueletur. & occultũ quod non sciatur.
Quod dico uobis in tenebris. dicite in lumine. Et quod
in aure audistis. p̄dicate sup tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus. animã autẽ non possunt
occidere. Sed potius eũ timete. qui potest & animã
& corpus p̄dere in gehennã. Nonne duo passeres
asse ueneunt. & unus ex illis non cadet super terrã
sine patre uestro. Uestri autẽ & capilli capitis. omnes
numerati sunt. Nolite ergo timere. multis pas
seribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebi
tur me corã hominibus. confitebor & ego eũ coram
patre meo. qui est in caelis. ITEM UBI SUP.
LECTIO LIBRI SAPIENTIE.
Iustum deduxit dñs per uias rectas & ostendit illi
regnũ dei. & dedit illi scientiã scõrũ. Honestauit illum
in laboribus. & compleuit labores illius. In fraude
circũuenientiũ illũ adfuit. & honestũ fecit illũ.
Custodiuit eũ ab inimicis. & a seductoribus tutauit

illũ. Et certamen forte dedit illi ut uincer&. ut ſci
r& quia omniũ potentior eſt ſapientia. Haec uendi
tum iuſtũ non dereliquit. ſed a peccatoribus liberauit
eũ. Deſcenditq; cũ illo in foueã. & in uinculis non de
reliquit eũ. Donec afferr& illi ſceptrũ regni. & po
tentiã aduerſus eos qui eũ deprimebant. Et men
daces oſtendit qui maculauer illũ. Et dedit illi
claritatẽ aeternã dñs dſ nr̃. **AD CORINT.**
FRS. Benedictus dſ & pater dñi nr̃i ihũ xp̃i. pater
miſericordiarũ. & dſ totius conſolationis. qui
conſolatur nos in omni tribulatione nr̃a. Ut poſ
ſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt.
p exortationẽ qua exortam̃ & ipſi a dõ. Qm̃ ſicut
habundant paſſiones xp̃i in nobis. ita & per xp̃m
abundat conſolatio nr̃a. Siue aũt tribulamur.
p urã exortatione & ſalute. Siue conſolamur
pro urã conſolatione. quae eſt in tolerantia ea
rundẽ paſſionũ quas patim. & ſpes nr̃a firma
pro uobis. Scientes quõ ſicut ſocii paſſionis eſtis.
ſic eritis & conſolationis. In xp̃o ihũ dño nr̃o.

SEQ. SCI EUG SECUND LUCAM.

IN illo tẽpr. Dixit ihs diſcipulis ſuis. Si quis uenit ad me
& non odit patrẽ ſuum & matrẽ. & uxorẽ & filios
& fratres & ſorores. Adhuc aũt & animam ſuã.
non poteſt meus eẽ diſcipulus. Et qui non baiulat

crucē ſuā & uenit poſt me . non poteſt meus eſſe diſci
pulus. Quis enim ex uobis uolens turrē aedificare
non prius ſedens cōputat ſumptus qui neceſſarii
ſunt ſi habeat ad perficiendū. Ne poſtea quam
poſuerit fundamentū & non potuerit pficere . om̄s
qui uident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic
homo coepit aedificare . & non potuit consummare.
Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduerſus aliū regē .
non ſedens prius cogitat ſi poſſit cū decē milibus
occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad ſe.
Alioquin adhuc illo longe agente legationē
mittens . rogat ea que pacis ſunt . Sic ergo om
nis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae
poſſidet . non poteſt meus eſſe diſcipulus.

IN NAT PLURIMORŪ SCŌRŪ. LECT LIBRI SAPIENTIAE

Lingua ſapientium ornat ſcientiā . os fatuorū
ebullit ſtultitiā . In omni loco . oculi dn̄i contem
plantur malos & bonos. Lingua placabilis
lignū uitę . quae aūt inmoderata ē conteret
ſpm̄. Domus iuſti plurima fortitudo . & in fruc
tibus inpii conturbatio.

Labia ſapientiū diſſeminabunt ſcientiā . cor ſtulto
rū diſſimile erit . Uictimę impiorū abomina
biles dn̄o . uota iuſtorū placabilia . Qui ſequit